



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CIX. Markgraf Ludwig der Römer vereignet einem in der Pfarrkirche zu
Frankfurt zu gründenden Altare 12 Pfund aus der Zollhebung daselbst, am
13. April 1355.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CVIII. Markgraf Ludwig der Römer schenkt an Wilhelm Murow und die übrigen Stifter des Altars aller Apostel zu Frankfurt das Eigenthum einer Hebung von 4 Pfund aus dem Zolle daselbst, am 13. April 1355.

Nouerint etc. Quod nos etc. Intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis, nobis per discretos viros wilhelmum murowe et hermannum hokeman fideliter exhibitis, Iphis et honeste matrone Gerdrudi, dicti hermanni vxori legitime, et eorum heredibus dedimus, damus et sollempni donatione donamus proprietatem IIII talentorum denariorum brandenburgenlium annuorum reddituum, sitorum in theloneo ciuitatis nostre vrankenford, in festo beate walpurgis virginis annis singulis soluendorum, Sic quod predicta IIII talenta vendere vel dare poterint ecclesiasticis aut secularibus personis, locis piis vel aliis aut alias in vsus proprios conuertere, prout ipsis melius et conuenientius videbitur expedire. Renunciantes omni Juri etc. In cuius Presentibus Lochen, Grifkone, petrus et Cöpkinus de bredowe, Ror, otto morner, hennigus marwitz et mornerus prothonatarius cum ceteris. Datum Eberfwalde, anno LV° post dominicam Quasimodogeniti.

Nota. Quod Nicolaus Nymik debet domino proprietatem illorum XVI frustorum defalcare in debitis quibus sibi dominus obligatur.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow No. 46.

CIX. Markgraf Ludwig der Römer vereignet einem in der Pfarrkirche zu Frankfurt zu gründenden Altare 12 Pfund aus der Zollhebung daselbst, am 13. April 1355.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore simul cum tempore elabantur etc. Nos igitur Ludouicus Romanus etc. ad vniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus deuenire, Quod ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum, Necnon ob jugem et perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgenlium predecessorum nostrorum clare memorie, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam, ad instantem requisitionem et requisitam sepius instantiam et petitionem discretorum virorum wilhelmi de Murowe, hermanni hokman et Gerdrudis, ipsius hermanni vxoris, in vrankenford, fidelium nostrorum dilectorum, dedimus, damus et sollempni donatione libere donamus proprietatem XII talentorum brandenburgenlium denariorum cum pleno Jure sitorum in theoloneo opidi nostri vrankenford Lubucensis dyocesis in festo beate walpurgis virginis singulis annis soluendorum altari sanctorum apostolorum omnium, de nouo fundando et locando in loco parrochialis ecclesie beate marie virginis ibidem in vrankenford, In quo quondam fidelium nostrorum dicti wilhelmi et hermanni et Gerdrudis vxoris hermanni vt prefertur Necnon predecessorum et sucecessorum in consangwinitate et affinitate eorundem iunctorum defun-

ctorum et viuorum haberi debebit memoria sempiterna. Renunciantes infuper simpliciter libere et liberaliter quoad dictorum XII talentorum proprietatem et libertatem omni Juri, Jurisdictioni, dominio, impetitioni, exactioni, seruicio, fructui, commodo et vtilitati, nullo in ipsis XII talentis nobis penitus retento, quocunque censeatur vocabulo aut nominetur, que et quod nobis, nostris heredibus et successoribus nostris marchionibus brandenburgensibus in ipsis premissis redditibus hactenus conpetebat aut conpetere posset aliquo modo in futurum. Recognoscimus etiam per presentes, quod dicti viri wilhelmus et hermannus et gerdrudis, vxor hermanni predicti, interim quoad vixerint et postmodum ipsorum veri heredes legitime ab eis descendentes debebunt, poterunt, habent et habebunt perpetuis temporibus, quocienscunque oportu fuerit, ad sepedictum altare personam ydoneam presentare. In cuius etc. Presentibus Lochen, Grifkone, petrus et Cöpkinus de bredowe, Ror, otto morner, hennigus marwitz et mornerus prothonotarius cum ceteris. Datum Eberfswald, anno LV^o feria secunda post dominicam Quafimodogeniti etc.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Seesow No. 45.

CX. Markgraf Ludwig der Römmer verzeiget zweien Frankfurter Bürgern eine Hebung aus dem Zolle zu Frankfurt, am 15. April 1355.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos Ludwicus Romanus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Reni et Bauarie dux, Intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis nobis per probos et honestos viros Wilhelmum de Murow et Hermannum hokeman, Ciuitatis nostre frankenuorde ciues, fideles nostros dilectos, exhibitis fideliter et inpenfis, Iphis et honeste matrone Gertrudi, vxori legitime dicti hermanni, et heredibus eorum dedimus, damus et sollempni donacione donamus proprietatem quatuor talentorum denariorum Brandenburgensium reddituum annuorum fitorum in Theolonio dicte Ciuitatis nostre frankenuorde in festo beate walburge virginis annis singulis soluendorum, Sic quod predicta quatuor talenta dare vel vendere poterunt ecclesiasticis aut secularibus personis, locis piis vel aliis, seu alias in vsus proprios conuertere, prout ipsis melius et competencius videbitur expedire; Renunciantes quo ad dictam proprietatem omni juri simpliciter, quod nobis, nostris heredibus et successoribus in premissis quatuor talentis conpetebat seu conpetere posset quomodolibet in futurum. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Strennis viris frederico de lochen, Laurencio de grifenberg, petro et koppekino de Bredo, militibus, Ottone morner, Alhardo Ror, hennigo de Marwitz et Thiderico, preposito Bernowensi, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Euerfwalde, Anno domini M^o CCC^o quinquagesimo quinto, feria quarta post dominicam, qua cantatur Quafimodogeniti.

Transumpt aus einer unten abgedruckten Urkunde vom 18. April 1367. Stadtarchiu VIII, 3, 99^a.